



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epitome Instituti Societatis Jesu

Sesti, Curtius

Bruxellis, 1690

Cap. II. De Congregatione Provinciali.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68440](#)

s C. 5. D. 69. &
C. 8. D. 21. &
C. 11. D. 1. &
C. 12. D. 2.
t Paul. 3. p. 10.
& Jul. III. p.
v 21. & P. 8. c. 7.
& C. 1. D. 115.
& C. 2. D. 51.
& C. 3. D. 4.
& 33.

Quid sit Congregatio Provincialis, & Provincia.

a C. 3. P. 16.

Quid applicari Provincia.

b C. 7. D. 59.

c C. 9. D. 33.

bita ea sint. *s* Auctoritas verò hactenus explicata exercenda non est, nisi post electionem Praepositi Generalis, præterquam in spectantibus ad ipsam electionem. *t*

C A P U T II.

De Congregatione Provinciali.

I.  Congregatio Provincialis ea dicitur, quæ in singulis Provinciis ex certo quodam numero Patrum coalescit. Porro

Provinciæ nomen intelligitur ea Sociorum, ac domiciliorum collectio, quæ unum Praeposito Provinciali subest. *a*

2. Aliquem verò uni Provinciæ applicari contingit, vel voluntate P. Generalis, verbo, vel scripto expressa, vel applicatione illius ad aliquid Provinciæ munus ordinarium; sive res effectum sortiatur, sive non; nisi revocata foret. *b* Munus verò hujusmodi, per quod fit applicatio alicui Provinciæ, est quodcumque munus fixum, & stabile ad eam Provinciam, de qua agitur, propriè pertinens, & quidem à P. N. impositum; eoque absoluto, vel dimisso, applicatio cessabit. *c* Possunt etiam Provinciales, mutuo consensu, mu-

tuis Provinciis suis applicare Personas, sed
tantum in temporariis, & intra Euro-
pam.^d

d R. Prov. 112.
& C. 7. D. 60.

3. Congregatio Provincialis non co-
genda necessariò olim fuit, nisi cùm cele-
brandus esset Conventus ad eligendum
Generalem, aut ad deliberandum de iis,
quæ ad Generalem ipsum spectant; e vel *e P. 8. c. 3. §. 1.*
etiam eligendus Procurator, tertio quo-
que anno, ad informandum eundem Pre-
positum. *f* Nam cùm Conventus Gene-
ralis ad res alias indicaretur, liberum erat
Generali permettere, ut sine Congrega-
tione Provinciali duo mitterentur, quos
ipsemet Provincialis elegisset *g* Sed post-
modum placuit, ut semper fierent Con-
gregations Provinciales ad eligendos eos,
qui ad Generalem Congregationem, seu
Præpositum venturi essent. *h* Spectat ad *h C. 4. D. 35.*
Præpositum Provinciale, vel ejus loco *37. & 39.*
ad Vice-Provinciale hujusmodi Con-
gregationem indicere, illamque dirigere. *i* *i P. 8. c. 5. §. 3.*

Quando, & per
quem Congre-
gatio indicenda.

f P. 8. c. 2. B.

g P. 8. c. 3. §. 1.

h C. 4. D. 35.

37. & 39.

i P. 8. c. 5. §. 3.

4. Jus autem suffragii in ea habe-
bant Professi omnes Provinciæ, qui *Qui congre-*
interesse poterant, Præpositi Domo-
rum, atque Collegiorum Rectores,
ac Procuratores, vel ii quos tamquam
Vicarios illi suo nomine misissent. *l* Sed *l P. 9. c. 3. §. 1.*
quia excrescente in dies numero Profes-

gandi.

forum,

N n 2

forum , & Superiorum , congregandorum numerus ex crescerebat quotidie magis , non sine multis , gravibusque incommodis ; post repetitas consultationes statutum est ; ut congregandorum numerus , quando pro eligendo Procuratore cogitur , Quadragesimum non excedat , nec Quinquagesimum , cum ad Conventum Generalem convocatur ; & in utroque casu duæ tertiae Congregationis partes sint Professi ; ita ut præter Provinciale , & Superiores locales , & Procuratorem Provinciæ , vel maximi Collegii , tot Professi antiquiores illius Provinciæ convenient , quot ad præfixum *m* C. 5. D. 24. numerum explendum sufficiant . *m* Nomina & 38. & 60. ne autem Superiorum localium hic non & 81. comprehenduntur Rectores Seminariorum secularium , *n* nec Rectores Collegiorum extra Europam , spectantium ad aliquam Europæ Provinciam , nec Professi degentes in his Collegiis . *o* Supra numerum etiam præfixum admittendi sunt aliqui ex variarum Congregationum generalium decretis , ut in Formula videre est .

Quæ auctori-
tus.

5. De Auctoritate verò hujus Congregationis cùm peteretur eam augeri , ad res suarum Provinciarum ordinandas ; communī omnium consensu Congregatio Ge-

ne-

neralis decrevit, præter eam potestatem, quæ habetur in Formula, nullam aliam Congregationi Provinciali tribuendam esse. ^p A Formula verò tribuitur facultas, ^p C. 5. D. 32. non modò ad electiones prædictas primariò intentas, sed & alias Officialium, & Deputatorum ipsi Congregationi inservientium. Possunt præterea Patres legitimè hic congregati (si modò duas tertias partes eorum, qui convenire deberent, & possent, excedant) ad præsentem praxim dubia omnia terminare; quorum explicatio Congregationi perficiendæ opportuna videbitur, quoties ex Instituto colligi non poterit. ^q Negatur autem huic Congrega- ^q Form. §. 17. tioni, ut duret ultra decem, aut ad sum- mum duodecim dies: ^r & in negotiorum tractatione suffragia secreta non interpo- ^r Form. §. 3. nuntur. ^s

6. Pleraque ex dictis, quoad occasio-
nem, & tempus hujus Congregationis
spectat, in solis Europæ Provinciis locum
habent; nam ceteræ, neque tertio quo-
que anno, sed tantum sexto, Procurato-
res mittere tenentur; neque more aliarum
ad Congregationem Generalem convenire
possunt: & præterea alia eis privilegia con-
ceduntur, vel ad cogendam, vel ad sup-
plendam Congregationem Provincialem. ^t

N n 3

7. Quo 37. 38. 39. 4

*Iura specialia
Provinciarum
extra Europam.*

^t P. 8. C. 1. B. &
C. 3. §. 1. & C.
4. D. 41. & C.
6. D. 35. §. 13.
& C. 8. D. 51.
& C. 12. D. 20.
& Form. §. 1 &

Et Vice-Provinciarum.

" C. 13. D. 6.

7. Quo jure supplendi legitimum cœtum Provinciale gaudent Vice-Provinciæ omnes, ad eligendum Procuratorem; qui jure suo admitti debet ad Congregationem Generalem, & ad alia jus habere præterquam ad electionem Generalis, & Assistentium."

C A P U T III.

De Congregatione Procuratorum,

Quomodo instituta.



I. Congregatio Procuratorum instituta est à Congregatione Generali. Cum enim non esset probatum, certum ullum tempus Conventui Generali cogendo prestitui (quod prius eadem Actione placuerat) decreverunt Patres; ut, quandoquidem Constitutiones volunt ex singulis Europæ Provinciis, tertio quoque anno, saltem unum mitti, ad faciendum certiores multis de rebus Prepositum Generalem; hi missi, qui Procuratores dicuntur, Professi quatuor Votorum, & Viri maximè idonei à Congregatione Provinciali electi simul venientes, haberent jus suffragii, una cum Assistentibus, & ipso P. Generali, ad decernendum, an cogi debeat Congregatio Generalis, nec ne?

2. Quo-

*a P. 8. C. 2. B. &
C. 2. D. 19. &*

67.